

*Gänse totzähmen.*

Haec dum scribo, in pagum urbi huic vicinum avocatus, puellam infantes & anserculos fascinandi virtute praeditam, ibi degere, bona fide narrant plures. Anserculos praesertim ejus visu & voce perire dixerunt. Was es ansehe und begäckere / das sterbe: ut propterea parentes liberiorem filiae egressum negent, atque vicini ejus praesentiam saveant, & ab anserculorum grege arceant. Fascinationis, quae invita etiam puella fit, causam pariter in ejusdem aegrotantis ad mammae regressum denuo post ablactationem factum referunt.